



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**In Divvm Hiob Brevissima, Iohannis Bvgenhagij Pomerani  
Scholia, quibus ueteris tralationis nubila dispelluntur**

**Bugenhagen, Johannes**

**Argentorati**

**VD16 B 9326**

Capvt XXII. Respondens aut[em] Eliphas Theman.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36500**

A N N O T A T.

domus principis? i. illius qui erat antea potens. Vbi  
 tabernacula? Olim tā felicia. Quis arguet uias eius)  
 Anæps uidetur esse sn̄a, et ad deū & impiū referēda.  
 Sed de impio intelligamus, quia seq̄tur, Ipse ad sepul-  
 chra ducetur. Quis reddet illi, s. impio. Ad sepul. du-  
 morietur. In cōgerie) in congregatiōe. i. morietur et  
 nō morietur, morietur et tamē uiuet. Dulcis fuit gla.  
 Glarea est terra sabulosa in littoribus. Cocytus apud  
 poetas inferorū fluuius est, ex Styge fluens, & inter-  
 pretatur luctus. Dulcis fuit, s. ipius ille. Glareis Co-  
 cyti. i. terræ inferorū. Trahet oēs hoies) oēs sequen-  
 tur eū. De impijs loq̄tur. Impij nō solū se pdūt et dam-  
 nant, sed præterea multos quoq; præmittūt ad inferos  
 suæ impietatis consortes Et plures post se trahunt. Id  
 quod cedit eis in maiorē damnationis cumulū, ut legis  
 de diuite epulone in Euangelio. Frustra) uane.

C A P V T XXII.

Respondens autē Eliphaz Themanis

Quid confers. In Psal. Bonorum meorū non indi-  
 Psal. 15. ges domine. Nunquid timens) Contra illud. Nunquid  
 Supra. 21. contra hominē disputatio mea est? Abstulisti pignus.  
 Accusant Hiob palam fuisse impium. Hic uides quo  
 perrexerat hætenus eorū disputatio. Nam palam im-  
 pium iudicant. Et mentiuntur amici, ut ex. i. cap. appa-  
 ret, ubi eum dominus iustum uocat. Lasso) sitiēti.  
 In for=



In fortitudine brachij. Hebraismus. In brachio, potentia. Possidebas. i. tyrānide possidebas terrā. Viduas dimisisti uacuas) nō iuisti eas. Lacertos. i. fortitudinē. Quicquid adhuc erat roboris in pupillis, tu abstulisti. Laqueis. i. his angustijs. Fortitudo subita) quam non speraueras. Tenebras, id est miseras.

Non oppressum iri. s. te. Impetu aquarū inundatiū, id est, subita tribulatione. Et dicis, s. tu impie Hiob. Et iudicat, s. deus. Quasi per caliginem. i. quasi ignorās. Nubes latibulū, id est, nubes obsunt, non potest uidere humana. Et circa cardines cœli perambulāt, id est, non prospicit, non uenit in terras. Nunquid cupis) nunquid uis unus esse ex illis, qui impie uixerunt præteritis sæculis? Cupis, s. o Hiob. Calcauerunt) ambulauerūt. Qui sublati sunt, id est, mortui sunt. Et fluuuius) tribulatiōis inundatio. Sicut in E=

Matt. 7.

uangelio de illo qui edificauerat super arenā. Videbunt iusti, s. uindictā in eos. Letabuntur, s. de uindicta dei. Erectio) superbia. Ei, s. deo. Et per hæc, s. q. redis ad eū. Et suscipe legē) sequere præcepta domini. Aedificaberis. i. rursus prospereris. Pro terra) pro re fragili. Adagiū est. pro fragili dabit rē solidā et pro uili pretiosam. hoc est, meliora prioribus accipies

Sup oīpotentē) per oīpotentē. Rogabis eū. Exponit se, quid sit Eleuabis ad deū faciē. Vota tua reddes. i. gratus eris. Decernes rem et ueniet. i. oīa cōmoda

D 2 uenient



A N N O T A T.

uenient tibi. Saluabitur, s. inquam. Mundicia manuum, id est, operum suorum.

C A P V T XXIII.

Respondens aut̄ Hiob ait. Nunc quo

Quis mihi tribuat ut cognoscam, id est, utinam uiderem & inuenirem illum, s. deum. Soliū, tribunal.

Iudiciū, s. meum. Replebo increpationibus, id est, increpabo deum. Increpationibus, Ex hebræo, Argumentationibus. Ut sciam uerba) ut si non aliud consequar, saltem sciam causam plagæ meæ. Nolo contendat, s. ut deus. Proponat æquitatē, id est, æquo iudicio agat tantū contra me. Iudicium meū ueniat ad uictoriam, id est, scio q. ego uincam. Si ad orientem iero non apparet, hoc est, nusquam inueniā eum, adeo abscondet faciē suam à me, et tamē ubiq; adest mihi.

Quia manum eius sentio die ac nocte, Id quod est nimum graue afflicto. Non intelligam, id est, non uidebo. Probauit quasi aurū, s. ut inueniret iniquitatem. Vestigia eius secutus est pes meus, id est, ego non dereliqui eius præcepta. Non abscondi in sinu) nō occultauit, id est, etiā alios docui et ore cōfessus sum deū.

Cogitationē, consilium. Et anima, id est, uoluntas. Loquitur de deo tanquā de homine, quū deus animam non habeat. Et alia multa similia. i. potest & alia facere. Consyderans eum, s. in mente. Et prius dixit:

non uie